



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Lutetiam proficiscitur. Cap. XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

Lutetiam proficiscitur.

Caput XVIII.



T quoniam ad iter ad eorum iniqua  
 & anceps, non idem erat: licet an-  
 mus: atque etiam, ut maxime inco-  
 lumes eo peruenissent, necesse erat,  
 apud ignotas nationes quam copiam  
 in studijs litterarum degen-  
 dent habituri; communicato cum  
 ijs consilio itauit Ignatius antecedere solas ipsa Luten-  
 tiam: & siquidem res facultatem habitura valeret, ut  
 eos ibidem alere posset, ipsos euocare per litteras, si  
 minus, tota de re facere certiores; ut quantum diuer-  
 sis locis, eadem tamen coniunctione animorum, emen-  
 so interim philosophiæ ac Theologiæ cumulo, inter-  
 missam ad tempus consuetudinem, Deo volente de-  
 de repeterent. Rebus igitur ita compositis, quæquam  
 præcipua Salmanticensi nobilitate multis ægetate  
 bus, ac maiorem in modum renitentibus, viginti  
 ceter die quam è custodia exierat, in viam deinde Iga-  
 tius, onustum libris asellum præ se agens ac fami-  
 liares, omni ope certandum illi fuit, ut se à larvæ  
 atque à complexu carorum auelleret, etiam atque etiam  
 deprecantium, ne patriam cum externa regione muer-  
 ret, neu se tali tempore in manifestum vice periculum  
 vltro demitteret. Vigebat adhuc bellum inter Hispanos  
 Gallosque, & circa regni vtriusque præcipue limines so-  
 festa latrocinij loca, & recentes multorum cauda ad  
 metum proponchantur. Sed ille nec terrore, nec periculo  
 de suscepto consilio demoueri se passus, ceteris illi ter-  
 rare non potuit, quominus tum ad sumptus itinera,  
 tum ad necessaria Parisijs comparanda, numeratam  
 aliquid partim in numerato, partim in nominibus ab  
 Elisabetta Rosella, & alijs quibusdam amicis acce-  
 pit.

ret. Quibus ille subsidijs, ac præcipuè diuinæ bonitatis ope munitus, hycme summa, pedibus, vt solebat, nullo duce vel comite inde profectus est sub initium anni MDXXVILL. cumque Ianuarium totum in itinere posuisset, Februario mense Lutetiam sospes introiit: ibi quod ad studia pertinet, respiciens, per exiguum præteriti temporis fructum, rationibus suis accuratè subductis ad Dei gloriam statuit in litteras toto pectore incumbere. cumque experiendo iam cognouisset, eam esse humanæ mentis imbecillitatem, vt in plura vno eodemque tempore vix atque agere sufficiat, damnata prius destinatione, in posterum, compendijs omissis, regia via procedere, & studiorum suorum nouum initium ordi decreuit. Igitur ad Mōtis acuti collegium itare quodam, ibique inter procacium puerorum greges, maturam aetate viri, grammaticæ rudimenta repetere non indignatus est. Simul etiam de statuto precationis tempore, vexatione corpusculi, quod plus otij ac virium studio superesset, multum imminuit, sic tamen, vt illa præcipue iria nunquam omiserit: primum, vt quotidie sacrificio Missæ religiosè interesset: alterum, vt octauo quoque die post pœnitentiæ sacramentum cælesti pane sese absteret: extremum, vt bis quotidie sua eius dici dicta, facta, cogitata quàm diligentissimè recognosceret; confectaque hodiernum cum hesterni die, hebdomadam cum hebdomada, mensemque cum mense, suos in spiritu vel progressus, vel regressus perquam accuratè exploraret atque perpeaderet. Procuracionem quoque alienæ salutis, & institutam consuetudinem agendi cum proximis, tantisper dum litteris, ac præsertim philosophiæ vacaret, aliqua ex parte remisit, numquam tamen omnino deposuit.

*Extrema*